

S. HIERONYMI EPISTOLAS NOTÆ

Les Notes de Jean Martianay, l'Éditeur Bénédictin de S. Jérôme, sont d'une telle étendue que nous n'avons pas jugé pourrir les insérer au bas des pages; et de plus elles ont une telle importance que nous ne pouvions pas les négliger dans notre édition: voilà pourquoi nous les plaçons à la fin du volume. Les érudits, pour qui seulement elles sont écrites, n'ont pas besoin que nous les leur traduisions.

EPIST. I. AD INNOCENTIUM.

Quæcedum scalum. In Mss. codicibus varie sunt hujusmodi lectiones, *qui necdum clavum in locu reai;* vel *qui necdum scalfon,* etc., aut, *qui necdum caplum in locu reai.* Unus habet *scalum.*

Igitur Vercellæ Ligurum. Hic quoque variant Mss. *Igitur Vergellorum civitas,* vel, *Igitur Vercellis Ligurum civitas.* *Igitur Vercellorum civitas.*

Rasura modice sanguinem. In aliquot vetustis Mss. codicibus iste est contextus, « et leviter perstringens cutem rasura modico sanguine aspersit. Sine bello imbellem manum percussor expavit, et victam dextram gladio marcescente iratus in secundis impetus torquet. »

Tertium item sacramentum frustraverat. Hoc modo legunt vetustiores Mss. codices. Editi alter, et *tertius totus sacramentum frustratus erat Trinitatis.* Doctus Gravius legendum statuit, et *tertius totus frustratus sacramentum erat Trinitatis.*

Omnia subeat mentibus. Exemplaria manuscripta legunt, *mentes omnium subeat.*

Mediolanis incubantem. Hanc congruit Marianns lectionem, sed frustra uti noscent eruditi, qui bene interpretantur verbum incubantem.

EPIST. III. AD RUFFINUM.

Qui audacia satis vota. Editi legunt, *qui audacia feri satis voto credobam si,* etc.

Ad Ægyptios Confessores. Confessores isti Ægyptii, hi sunt (inquit Scriptores nuperi) quos propter divinitatis Christi confessionem Valens Imperator in exilium eiecit anno 371. Sed hoc repugnat cum adventu Ruffini et Melanie in Ægyptum. Nam ex Palladio in Lausiac, c. 33. exploratum nobis est Melaniam Alexandriam pervenisse ipso exordio Valentis Imperii, hoc est anno Christi 364 vel 365, quo scriptam dicitur Hieronymi epistolam ad Ruffinum Monachum.

Sanctæ Melanie famulus. Non legas cum Erasmo et Mariano, sancti Melani, sed *Sanctæ Melanie,* vel *sanctæ Melanie,* ut legunt Mss. Codices nonnulli.

Nulla Euriporum amicitiam. Tubos et Euripos olim nobiles habebant in hortis, sic arte factos ut aqua miris vicibus huc et illuc flueret ac refluere, ad

exemplar Euripi maris, unde Euripi nomen sumperunt.

Fulgeat quilibet auro. Cluniacensem Codicem et alios Mss. secuti sumus hoc loco. Editi sic mutant hanc lectionem; *Fulgeat, cui libet, auro, et pompatis ferulis corrusca ex sarcinis metalla radiant.* Sed hoc ullo sensu dicitur, nec hujusmodi contextus caret solœcismo.

EPIST. IV. AD FLORENTIUM.

Secundam Epistolam inscribunt Mss. Codices *quampures, de Ortia amicitia,* hoc est, *Incipit Epistola Hieronymi ad Florentium, de Ortia amicitia.*

In quibus Christum sustentasti. Manuscriptus Cluniacensis optime nota legit, *in quibus sustentandis Christum vestisti,* etc.

Mutorum etiam potest ora. Idem legit *mutorum,* alii *mutorum.*

Ego ille tardissimus. Excepto eodem Cluniacensi Codice Mss. decem alii legunt contrario sensu. *Ita ego ille ardentissimus, quem intolerabilis languor offerebat.*

Costa caritatis et voto. Exemplar Cluniacense secuti sumus; ceteri Mss. Codices diversas hujusmodi retinent lectiones: *certo caritatis voto;* vel *carita caritatis et voto.*

EPIST. V. AD FLORENTIUM.

Habeo alumnos qui antiquaræ arti servant. Locus corruptissimus in quampluribus exemplariis Mss. ubi legitur, *qui antiquæ artis ino erudit.*

EPIST. VI. AD JULIANUM.

In veteribus libris Mss. inscribitur, ad Julianum Diaconum Aquileie. Erat tamen Diaconus in patria S. Hieronymi, hoc est in Stridone, et non in Aquileia.

Hibera excetra. Excetra hæc sive hydra erat sacerdos Lupicinus, pastor mercenarius et inutilis, qui sororis forte Hieronymi casus et culpæ particeps postea fratri detrahebat.

EPIST. VIII. AD NICEAM.

Turpiter Comicus. Hunc Comicum Eusebius testatur fuisse temporibus Pompeii; sed nullum extat hodie monumentum hujus auctoris.

In re non vera. In re non vera, id est in comœdia sua. Nam comœdia est res ficta, continens tamen veras sententias.

Quos Cascos Eunius appellat. Lingua Sabinorum *Cascum* dicebat *senem et antiquum;* unde proverbium in Chiliadibus Erasmi: *Casus cascum ducit,* hoc est *vetulus vetulam.* Ritu igitur ferino victum querebant Casci, quia glandibus victitabant.

Apud Ciceronem Lælius. Prodit hoc M. Tullius in libro qui Lælius inscribitur; ubi docet dissuendam esse consuetudinem, non discidendam, si quando incidimus in amicitiam nobis parum idoneam.

EPIST. IX. AD CHRYSOGONUM.

Chrysocomam vocant Mss. Codices.

EPIST. X. AD PAULUM.

Ad Christi similitudinem candidum. Idem Hieronymus hæc habet in caput 10 Ecclesiastæ: « Lege Daniel, vetustum diem invenies Deum. Lege Apocalypsin Joannis, et caput Salvatoris candidum ut niveo et quasi lanam albam reperies. »

EPIST. XII. AD ANTONIUM MONACHUM.

Duodecim Exemplaria manuscripta inscribunt hoc modo Epistolam istam; unus autem Colleg. Navarr. *Ad Ammonium Monachum;* alter denique Monasterii S. Cygiranni: *Ad Chrysocomam Monachum Aquileie.* Antiquissimus unus Codex Regie Biblioth. et alter S. Martini a Campis retinent hujusmodi lectionem: *Incipit ad Antonium Monachum Hermonæ,* id est *Hermonæ.* Erat itaque Monachus ille, ubi erant Virgines Hermonenses.

Quantum me nuquidem. De hac syllaba *nu*, quam solent muti sonare, dicimus in Notis nostris in Epistolam ad Philonem. Vide Hieronymi Commentarium in hanc Epistolam cap. 3. *Isaie pro ne nutum quidem,* vellem reponere *ne nu quidem,* quia vox illa valde familiaris erat Hieronymo.

EPIST. XIV. AD HELIODORUM.

In Mss. Codicibus diversæ sunt ac varie lectiones tituli hujus Epistolæ, nempe: *Incipit Epistola Hieronymi ad Heliodorum Episcopum Presbyterum,* vel *ad Heliodorum Episcopum;* alii legunt, *ad Heliodorum Monachum;* unus autem codex perantiquus, *ad Heliodorum Monachum, postea Episcopum.* Quæ titulum genuinum agnosco.

Non pristinam necessitatem. Editi legunt: *Nolo pristinam necessitudinem recorderis;* sed reclamant omnes Mss. Codices, qui retinent *necessitatem.* Cujus lectionis potest firmari veritas ex Epistola prima ad Florentium, ubi aicit Hieronymus: « Heliodori fratris a te adjuncta necessitas, mutorum etiam potest ora laxare. Quibus gratias, quo ille præconio peregrinationis incommoda a te fota referebat? » De his necessitatibus loquitur hic S. Hieronymus deque incommodis peregrinationis antiquæ.

Non fateatur fraudem idololatriam. Aliquot Exemplaria manuscripta sic legunt: *Non fateatur idololatrias eos; sed similes eorum,* etc. vel *non fateatur idololatrias eos; eos tantum, sed similes eorum,* etc.

Sylla eum rendens. In quampluribus Mss. Codicibus legitur: *Syllam rendens libido blanditur.* Erasmus *Syllæcum rendens,* etc.

Cruis antena. Alii Codices Mss. cum editis legunt: *Cruis antena figatur,* etc.

Nicolaitarum hæresis. Curiosus describo annotationem marginalem, quæ legitur in vetusto Codice Cluniacensi Epistolarum S. Hieronymi. Hæc igitur verba retinet e regione posita vocis *Neopitarum,* quam legit pro voce *Nicolaitarum:* *Neopitarum* vocabatur Hæretici, id est novelli. Quare hæresis a Nicolao exorta est. Nam cum ille uxorem haberet pulcherrimam quam nimium zelabat; eamque nimium detraheret quod zelotypus esset, produxit eam in publicum dicens: *Quicumque vult, hæc mea uxor abutatur.* Quod ille simpliciter dixit; tamen ex eo hæresis orta est, ut uxores omnibus essent communes. Unde propter hoc malum, in alia scelerâ inclidit.

Et ut his interesse contingat. Cluniac. Codicem hic secuti sumus, quia sensum genuinum exhibet, quod difficile in aliis reperies nisi in altero Monasterii S. Martini a Campis, qui legit eodem modo.

EPIST. XV. ET XVI AD DAMASUM.

A Sacerdote victima saltem. Manuscripti omnes legunt, *a Sacerdote victima saltem, a Pastore,* etc. Editi vero, *victimam saltem.*

Fine determinat. Editi, *determinat;* sed omnes Mss. codices legunt, *determinat.* Eucharistiam porro, sanctum Domini prisci vocabant; et mutuo eam sibi mittebant in signum Catholice communionis.

Ab Arianorum Præsule. In pluribus Mss. Codicibus ita legitur, *ab Arianorum prole Campensitis,* etc.

Cruisifiam mundi saltem. Hic quoque legunt Exemplaria vetustissima, *per crucisifiam mundi saltem, per hominum Trinitatem.*

Ne obscuritas loci in quo dego, fallat bajulos. Editi optimam Mss. Codicum mutarunt lectionem hoc modo, *obscuritas loci in quo dego, te fallat, per bajulos litterarum,* etc.

Per necessarium fotei. Ita legunt exemplaria Mss. excepto vetusto Codice Cluniacensi, qui retinet sequentem lectionem, *per necessarium fidei nostræ deus passionem: ita qui Apostolos honore sequeris,* etc.

EPIST. XVII. AD MARCUM.

In quamplurimis Codicibus Mss. inscribitur hæc Epistola: *Ad Marcum Presbyterum Calcedie,* in vetusto autem Cluniacensi jam laudato, *ad Marcum Episcopum Calcedie.* Falso itaque vel *Colodensum,* aut *Telodensum Presbyterum* dixerunt editi libri et Latino et Gallico sermone. Erat porro Marcus Presbyter vel Episcopus *Chalcidæ urbis vel regionis,* ad quem attinebat fidem agnoscere Monachorum deserti Chalcidæ.

EPIST. XVIII. AD DAMASUM.

Quamvis sint eruditissimi. Originem intelligit, de quo Epistola ad Pammachium et Oceanum hæc habet: « In lectione Isaie, in qua duo Sorphim cla-

benter accuriat ad popinalis delicias. Hæc sunt, ni fallor, quæ possunt exogitari ad restitutionem hujus loci. Hincque videtur frustrâ laborasse eos qui per juniore græves hunc locum multis sermonibus restituere et interpretari studuerunt. Cæterum *quæpa* que vulgo *pappezo* dicta erat apud Romanos secundum lectionem secundâ restitutionis, nunc dicitur *laglype* apud Vascones; aves enim cristatas plumis, vocantur aves *plupades*. Venatores eas insectantur, quia obesa sunt et pingues, et capiuntur ultima æstate cum fœdulis et cæteris aviculis quæ hoc tempore valde pinguescunt. Ne quid vero desiderari possit post diurnam meditationem nostram et laborem improbum, addamus et quartam hujusmodi lectionem quæ sensum habet optimum: *Prandium nidioribus probat et altiles, vulgo papezo nuncupatur*. Vocatur vulgo *pappezo*, id est *pappedo*, quod nos Gallicè dicemus, *vieux gournand*, aut *père-gourmand*; sicut in proverbio dicimus, *un vieux singe, un vieux barbon, un vieil ivrogne, un maître ivrogne*. Si quis meliorem ac veriorum inveneri restituerit, libenter suscipiemus, modo doceat et non detrahat. Memorasse etiam juxta lectionem hanc ultimam, esse Codicis Colbertini num. 2397, qui cum omiserit vocem *geronopapen* videtur nonnulli corruptus, quamvis aliunde optimum sit exemplar ævustum. Ex eodem tamen post inextricabiles difficultates, et isto modo legendum censeo: *Prandium nidioribus probat et altiles γήμων ὁ πάπαζο, vulgo papezo nuncupatur*. Nulla est tam facilis et expedita lectio sive in verbis, sive in sensu: nam senex erat ille Clericus qui prandium et altiles nidioribus probabat, unde dicitur *geron o pappas*, Gallicè, *ce vieux papa* idemque vulgo *papezo* per jocum et contemptum nuncupabatur, sicut infans dicitur *pugio* apud veteres Latinos.

Quod Romoboth dicunt. In Mss. Codicibus hæc vox non uno modo scribitur, in quamplurimis legitimus *Romwoth*, in aliis *Remnevoth*, vel *Remnoth*. Tertium istud Monachorum genus vocat S. Pater noster Benedictus *Sarabaitarium*; et quartum genus addit vocans illud *gyrovagum*, Regule Capite 1. Legat qui voluerit Cassianum Collatione 18, quæ est Priamonis, cap. 4, et cap 7, ubi de hisce Monachis disputatur. Quod autem sequitur in nostra provincia, non intelligas in Pannonia Hieronymi patria, vel in Italia, sed in Syria vel Palestina, ubi vitam Monachi primam professus est Hieronymus, cum Sulp. Severum in Dialogo de Hieronymo loquentem.

Ut nemo dehabeat. Omnes Mss. Codices, nullo excepto, hanc retinent lectionem: voce quoque *deha-* bere utuntur antiqui Scriptores lib. 3. de Vitis Patrum cap. 20. *Marino si dehabeat, et egentes sunt*. Ubi vides *deha-* bere, idem esse quod *minus habere*, et non *valde habere*, ut putavit Marianus. Sensus itaque Hieronymi hic est, ita œconomus universa in Cenobio moderatur, ut nullus indigeat rebus necessariis, nemo quid postulet, nemo minus habeat quam necesse sit. S. Benedictus, qui plura Regule suæ Capitula ex hoc loco contexere videtur, sic habet Cap. LV. de Vestimentis et Calceamentis Fratrum: *Dentur ab Abbate omnia quæ necessaria*

sunt, ut omnis avaritate necessitates exeat. Novem mensibus. In Codice Ms. Cliniacensi recentior manus *novem* posuit *per decem*; sed prima scriptoris manus positum fuerat *decem*, quod caetera retinent Exemplaria vetustissima. De novem autem mensibus vel decem, quibus infantes in utero gestari solent, vide Medicos et rerum naturalium Scriptores.

Pone me sicut umbraculum in corde tuo. Multa post hæc attexit codex Ms. Bibliothecæ Eminentissimi Cardinalis Chigi; sed, cum sint manifesto supposititia, ea negligimus.

EPIST. XXIII. AD MARCELLAM.

De suis soceris detrahentem. Falsam hoc loco subditum lectionem edidi libri, et veram ponam in margine vel in notis. Et vero quid significat *designatum Consuldem de suis soceris detrahentem aut detrahentem*? Resistenda igitur codicum veterum lectio, « Tertio, ut designatum Consuldem, de suis soceris detrahentem, esse doceamus in tartaro; » tria enim ostendebat Hieronymus de sancta Lea, primum quod quidam universorum esset postea quæ jam in celo coronam acceperat virtutum. Secundo via ejusdem breviter explicanda fuit. Tertio docebat Prætextatum Consuldem designatum, qui quondam detraherat de soculis Lææ, id est eam contempti habuerat, esse in tartaro, dum illa æterna beatitudine fruereetur.

EPIST. XXV. AD EAMDEM.

Interpretantur ιακκόν. Pro hæc voce aliam ab ipsis confectam posterunt Erasmi, et Mariani, nempe *δακρυον*, cujus nullum exstat vestigium in Mss. exemplaribus, quæ constanter legunt *ιακκόν*, licet aliquantulum corruptum sit in quampluribus, ubi etiam falso additum est, sive *ιακκόν* et sive *ιακκον*.

Aquila exercituum. Ms. Cliniacensis, *Aquila et Theodotus*, exercitum, *translatum*.

ESER IEJE. Idem codex hic legit, *ASER IEJE*. Consule supra Annotationes nostras cap. 271. et seqq. ubi fusius disputatur de decem Nominibus DEI.

Nonum τετραγράμμου. Quamplures Mss. Codices, *tetragrammum* habent.

Non interpretatum ponitur. Errorem tam Mss. editorum librorum hoc loco castigavimus; in illis enim falso antea legebatur sine particula negativa: *Et in Ezechiel interpretatum ponitur*; cum legendum sit, *non interpretatum ponitur*, scilicet Ezechielis capite decimo v. 5. *עַל אֲשֵׁר שָׁמַעְתִּי וְעַל אֲשֵׁר לֹא שָׁמַעְתִּי, quæ sunt Dei Saddai loquentis*. Quod Symmachus et Theodotus reddunt *επειδὴ ἠκούσθησαν, tonitrua Dei potentis*. Unde manifestum exstat, *שׂי* Saddai interpretatum fuisse *ιακκόν*, non *δακρυον*, ut confingunt Erasmi et Mariani supra.

Athenas, Thebas, Salonas. In omnibus fere exemplaribus Mss. hæc mendose leguntur litteris Græcis ΑΘΕΝΑΣ ΘΕΒΑΣ ΣΑΛΟΝΑΚ.

EPIST. XXVI. AD EAMDEM.

Hebraeos, legitur. Hebraica verba sunt isthæc *כִּי בָרַךְ רַבְרַבִּי לִי, quæ in editis antea libris sic leguntur, halleluia chi tob samra, pessime z zain, per*

s legentes. In exemplari Hebraico Hieronymi scriptum fuisse videtur, *כִּי זָמַנְתִּי, non כִּי רַבְרַבִּי zamaer, ut hodie legitur.*

Pro JEJELETH. Titulus est Psalmi 22, de quo plenius disputatum est suo loco, in Notis ad Canonem Hebræicæ Veritatis. Consule Bibliothecam Divinam S. Hieronymi a nobis editam. Notandum autem, *pro Ajeleth*, in omnibus Mss. codicibus legi solitum, *pro meleth*; quia litteram *m*, et diphthongum *ai* facile confundunt veteres exscriptores.

Utrorums potere mercos.
Hæc sunt Epistolaram illi. 2.
Epist. 2. ad Juliam Florentinam:

Multa fidem promissis tenant, ubi plenius apud Lucidam, venias qui vixit extrudere mercos.

EPIST. XXVII. AD EAMDEM.

Gallicis Cantheris. Plautus in Aularia: *Sint viliores Gallicis Cantheris*. Cantherius vero est equus castratus, ut appellatus quod semine careat. Nescio an resperit Hieronymus ad id quod refertur a Tito Livio, Decadis III. lib. 5. de Jubellio Tanrea equite Campano, et de Claudio Asellio, equite Romano. Hinc enim natum voluit rusticum proverbium *Cantherius in fossa*. Sunt qui putent hoc loco notari Palladium Galatam, qui studiosè detrahebat Hieronymo propter Scripturarum translationem novam. Certè in nonnullis Mss. Codicibus antiquis simile aliquid reperiri, nempe adnotationem istam, vel in ipso contextu, vel post contextum: *Erut enim Galus qui de translatione detraherat*. Consule quæ diximus Tomo III. in cap. 4. Jomæ Prophete, ubi Cantherius reprehendit Hieronymum. Hoc vero loco aliquem potius Montani Sectatorem subtiliter notatum puto, quam Palladium Galatam hominem Græcum qui vix hoc tempore natus fuit Hieronymo. Vide Epistolam XXVI. de Semiviribus et abscissis.

EPIST. XXVIII. AD EAMDEM.

Quid prodest ad ερηωδωκτες. Depravatum prorsus hunc locum restitutum adjuti præsertim Mss. codicibus duobus, uno Cliniacensi et altero San. Cyriaciano, qui retinent puram et integrum vocem *ερηωδωκτες*, quam Erasmus divinando mutaverat in *ερηωδωκτες*. Erehodocles autem dicitur qui urget opus, sicut Marcella urgebat Hieronymianus lucubrationes. Consule Editionem Græcam LXX. Interpretationem Exodi 4. 11 et 3; et Epitaphium Nepotiani, quem Hieronymus vocabat *ερηωδωκτες*; sicut Origenes Ambrosium vocat in quadam Epistola, quia Ambrosius incredibili studio quotidie ab Origine opus exigebat. Videbis Catalogum Script. Eccles. in Hippolyto.

Sæpe iugarens causas. Ex hoc loco notam ac manifestam habuimus Epistolam Origenis nondum editam, quæ cum diversis opusculis in Psalmos descripta legitur in perantico codice Ms. Græco Regiæ Bibliothecæ, sed absque inscriptione et auctoris nomine. Hanc Origenis lucubrationem quidam nostrorum editurus est aliquando.

Post AMUDA. Origenes in supradicto opusculo, *μετά τῶν ἀμυδάς, id est post amuda*; quod legunt etiam Mss. codices Hieronymi nullo excepto. Ex quo ANI-

madvertimus universa Hebraica vocabula depravata legi apud Erasum et Marianum, qui pro Origine et Hieronymo nobis Massoretas obtrudunt legentes *annudicia*.

Pro quo ayud apud Aquilam. Male in Editione Erasmiana legitur *pro quo Aquila*. Nam præterquam quod exemplaria Mss. Hieronymi retinent *pro quo apud Aquilam*, Origenes ipse sic habet: *Αχι εἰ τοῦτο παρὰ τὸν Ἀquila, μετὰ θυζέων, καὶ πάρερον, καὶ μαχαίρων, τὸ ζιζ, hoc est pro quo apud Aquilam, post clypeum, et bellum, et gladium semper.*

Post UMALAMA. Latini codices *omalama*, vel *omalaama*, quia Veteres promiscue accipiebant et legebant *ou pro o*, et *o pro ou*. In Græco Origene legitimus *ὀμαλάμα, umaloma*, ut ego restitui; Erasmi et Martiani corruptissime, *umilhama*.

ANIE ARES. In Græco Origenis, *κατὰ τὸ ἀνι ἀρε; ὁ ἴσσι, παρὰ τῆς γῆς τὸ σὸλ, id est post ante ars, hoc est miles terra sela*. Latina quoque Hieronymi exemplaria retinent *ante ares* aut *antie ares*, sive *antiares*. Unde exploratum habemus antiquos Scriptores legisse in Hebræo contextu *אני ארס*, et non *אני ארע* *ave ares*, ut falso Erasmi et Marianus legunt.

Cujus nos maluitis. Suspicatur Erasmus hoc loco legendum: « Cujus nos maluitis, » in hac disputatione duntaxat prædentem imperitiam sergii, quam stultam habere scientiam nesciunt. Ms. Cliniacensis retinet quod nos edidimus, plures habent *peritiam* sequi, sicut editi ante libri.

EPIST. XXIX. AD EAMDEM.

Cliniacensis codex hanc Epistolam falso inseribit ad *Damasum Episcopum*, et in contextu nonnulla verba accommodat titulo ementio, ut: *Verum totus in, etc. pro, Verum tota in, etc.*

Tale convivium doctrine. Idem Ms. et aliquot alii, *confabulationis tue tale convivium*; consequenter etiam multum legi hoc modo: *Verum tu tota in tractatibus occuparis... et Scripturas legere compellis*.

Non sunt suaves epule. Ut facilius eluceat intellectus hujusce loci, integrum describam scholion Erasmianum. Non sunt suaves epula. Locus hic in omnibus ferme codicibus varie depravatus habebatur. Quidam ita scriptum habebant: « Quæ non placent ac redolent. » Mihi confrontati veterum exemplarium vestigia, videtur ita legendum: « Non sunt suaves epula, quæ non placentam redolent, quas non condit Apicidas, in quibus nihil de magistrorum hujus temporis jure suffummat; et haud scio an pro magistrorum legendum sit magistorum, id est, eorum quorum. Placentia cibi genus est olim in deliciis habitum. Apicinus diligentia rei culinariae nobilitatem emeruit. Cujus extant et Commentarii nonnulli de coquendis et condiendis cibis. Hunc Plinius altissimum nepotum gurgitem vocat. Meminit hujus et Juvenalis. Quoniam igitur paulo superius comparavit colloquium quod per epistolatas fit, convivio: nunc memor metaphore, vocat lectorem fastidiosum convivam cujus palato nihil sapiat, nisi vehementer exquisitum, ac variis elocutionibus condimentis educatum. Nam res ipsa veluti cibi est: ornamenta dicendi, condimentum. Hæc Erasmus. Quibus ego addo breviter nullum esse codicem Ms. e

tredecim aut quatuordecim quos contuli, qui non legat distincte quod edidimus. Mss. illi sunt, Vaticani duo, Remigiani totidem, duo etiam Sorbonici, unus Regius, unus Colherinus, unus Cluniacensis, unus Sangermanensis, unus Tolosanus Conventus S. Dominici, unus Sancycirannus, et alter Collegii Navarrensis. Hi omnes nullo modo favent Erasmi conjecturis. Quare ut pro Hieronymo Erasmus lectori obtruderemus, res ut sunt in exemplaribus vetustissimis manere volumus.

Sed quia vector. In aliquot Mss. codicibus, *viator* et *intermittunt*.

Si eloquentiam *quæris*. Similiter hic legunt, si eloquentiam *quæras*.

Et Samuel. Advertat Lector Hieronymum recitare Scripturas juxta Versionem LXX. Interpretum; nondum enim novum ediderat e fontibus Hebræis.

Doce Syrus mortificavit. Vaticanus 342. Doce Idumæus Syro mortificavit.

Abimelech filii Achitoh. Abimelech legunt nonnulli codices Mss. quod apud LXX, similiter scriptum reperio.

Esse non possit. Ms. Regius, *vestimentum esse non possit*; alii quamplures, *vestimenti genus esse non possit*.

Et fuit in domo Michæ. Hunc locum corruptissimum et omnis sensus expertem voluit Marianus contra Des. Erasmus, quem carpitista annotatione sequenti: Corruptissimum antea erat hic locus, et omni prorsus carebat sensu. Restitutus est autem LXX. interpretationis, e qua ille haustus est, ope. Sic enim illi habent Judicum 17, ubi hæc historia invenitur; *καὶ ὁ ἀσὸς Μιχα, ἀπὸ ἀσὸς Θεὸς*, id est Michæ domum suam illi Deo sacrauit, dedicavitque... Antea tamen ex Erasmi corruptine, potiusquam correctione, legebatur: *Fecit illud sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ; et vir Michæ, et domus ejus Dei.* Quod quidnam sibi vellet, ad ipsum ut exponeret pertinisset. Sed inique Erasmus a Mariano castigatum docent omnes libri, Hebræi, Græci et Latini. Nam et si in LXX. Romanæ editionis posita sit lectio Marianæ, in manuscripto tamen Alexandrino exstat Erasmi genuinus contextus Hieronymianus. Sic igitur scriptum legitur:

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἀσὸς Μιχα. Καὶ ὁ ἀσὸς Μιχα, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ; hoc est et fuit in domo Michæ. Et vir Michæ, ipsi domus Dei. Quem locum explicat Chaldaeus Paraphrastes, dicens: Et vir Michæ, illi domus erroris. Sed clarius adhuc Syrus interpres: Vir enim ille Michæ habebat famam deorum.

Coarguit igitur eorum opinionem. Plures Mss. legunt contrario sensu: *Coarguitur eorum opinio, qui ad dissolubilen facient quæstionem*, etc. Sed retinenda cæterorum lectio, quidquid velit Marianus contra Erasmus. Nam quæstio fit indissolubilis si dixerimus, cum veteribus Græcis et Latinis, Ephod ex argento confectum; quia constanter in Scriptura Ephod ex lino vel ex auro, hiacyntho, purpura, coco, hissoque contextum dicitur, non ex argento, ut putabant illi qui indissolubilem faciebant quæstionem.

Et sacerdotes Nobis hoc dignitatis suæ insigne por-

tabant. Falso hic apud Erasmus legitur: *Et sacerdotes Nobis hoc, id est dignitatis suæ insigne portabant*.

Et vestivit eum ἐπέδεν. Editi legunt ἐπέδεν, juxta LXX. Translatore editionis Romanæ; sed nullus est codex e quindecim manuscriptis qui non recitet ἐπέδεν, vel ἐπέδεν. Codex Monasterii Sancyciranni, legit EPHNAITHN, alii YENATHN vel YENATHN. Hanc quoque lectionem ἐπέδεν invenio in Ms. Alexandrino LXX. Interpretum. Unde mutandam minime censeo, et si ἐπέδεν melius respondeat explicationi Hieronymiana *subtunicalem*; et infra dicatur LXX. interpretos possisne ἐπέδεν, et ἐπέδεν. Nec refert quod in Mss. codicibus legamus ἐπέδεν, quia imperiti exscriptores antiqui mutant e in y, ut *ypendama pro ependama*.

Quod illi ἐπέδεν et ἐπέδεν dixerunt. Quantum hic locus torserit Erasmi diligentiam, palam esse testatur in scholiis, dicens: Mirum quam hic locus sit depravatus in omnibus exemplaribus. Arbitror autem legendum ad hunc modum, ne Lectorem tandiu torqueam quam ipse tortus fui. Aquila autem, quod illi ἐπέδεν dixerunt et ἐπέδεν, id est vestimentum et subvestimentum, ἐπέδεν dixit et ἐπέδεν, quod subtunica est, et quod Hebræo sermone vocatur *mail*, מַיִל ἐπέδεν, id est superiore tunicam, ἐπέδεν vero, quod Hebræo dicitur Ephod, cum superius pallium significet, etc. Hanc emendationem in multis peccare docet Marianus Victorius; sed nec ipse felicitior in restituendo hocce loco fuit, quippe quod imitetur sapius Erasmus et Lectorem incertum reliquat genuinæ lectionis Hieronymianæ. Nos subsidio quindecim exemplarium Mss. purum representamus contextum: non dicam autem cum quanto labore, ne eum insolenter extollere videri possim apud semulos.

Audiens bar. Meminit hujus erroris S. Hieronymus lib. 3. Comment. in Zachar. cap. 12. Sanctus autem Augustinus legit *Bar vel Bad* Quast. XII. in Judices, Consule loca, si volueris.

PHESTA significatus exprimitur. Manuscripti non *pistha*, sed *effertim* et *effertu*, vel *effertim* legunt. Cluniacensis *effertim significatus exprimitur*; Sancycirannus, *vestim significatus exprimitur*; Ex hoc ac tantis depravationibus vestis Hebrææ, satis perspicuum est legendum esse *phesta* in singulari, פֶּשְׁתָּה, quod hodie *pistha* legit, vel certe in plurali פֶּשְׁתִּים *phesthim*, juxta *effertim* et *effertim*, pluralia in exemplaribus Mss.

Quia ubiqueque cum hoc littera scribitur. Ex hæc Hieronymi observatione giscimus multa fuisse in veteribus exemplaribus Hebræis diversa ad his que leguntur in contextu Massorethico hodierno; nam nomen *Cherubin*, quod Ezechielis capite decimo significat *animalia*, sepiissime scribitur sine vau in hoc modum כְּרִיבִים. Hoc ideo monemus, ut sciat Lector prudens verba Hebræica in Operibus Hieronymianis minime restituenda esse juxta lectionem et puncturam vocalium definitionem Massorethicam.

Quam vellem nunc tibi. Illud explevit votum in Epistola superiori ad Fabiolam, et de habitu Sacerdotis.

Præsens percontator præsentem. Mss. *præsens percontato præsentem*. Sed nulla ibi est sensus mutatio, licet pretermissa sit ultima imperativi verbi littera r. Consequenter vero clausulam integram, *Mor communitis*, etc. omittunt tam editi quam plures Mss. libri. Est autem Hieronymo admodum familiaris, ut in Epistola nunc 74: *Aliquam communem matrem valere cupio*, etc.

Juxta Æsopii novæ fabulam. Aliquot exemplaria Mss. juxta *Æsopiam fabulam*, vel juxta *Æsopii fabulam*. Exstat porro spologus de cane, qui cum umbram vidisset in aqua majorem, dum ad eam ducto rictu inhiat, hoc quoque carniam quod ore tenebat, amisit.

EPIST. XXX. AD PAULAM.

Nonnulli Mss. codices inscribunt hanc Epistolam ad Marcellam? sed manifesto errore et imperitia librarium, qui in libro Nonium Hebræorum, ad Paulum Scripsisse istam Epistolam Hieronymus declaravit. Videbis supra col. 54, lin. 46, et finem ipsiusmet Epistolæ.

Theologicos sibi vendicant. Ita legunt omnes codices Mss. excepto Cluniacensi qui habet *Theologicam*. Falso igitur in antea editis libris legerunt *theoricam*. Lectionem Mss. exemplarium nostrorum confirmat Henricus Valeus Annot. in lib. 4. Histor. Ecclesiast. Eusebii Pamphili.

Tres versiculos qui sibi. Unus codex Monasterii nostri Sancti Andreae secus Avenionem hoc modo legit, *tres versiculos qui subiacet sunt*, etc.

Nisi Ethicæ. Idem exemplar Ms. necnon Cluniacense, retinet quod editi, alterum Sancti Remigii, nisi ab Ethicis ipsis, etc. San Cyranannus, nisi ab Ethicæ ipsis erodis, secundum, etc. Paucæ legunt cum editis libris, ab Ethicæ habuerimus, etc.

Conterat Satanam. Eodem modo Question. Hebr. in Genesim, cap. 3. v. 15. Et Dominus conterat Satanam sub pedibus nostris velociter.

EPIST. XXXI. AD EUSTOCHIUM.

Velle honorare Martyrem. Valde hallucinatum reperio hoc loco virum doctum, qui putavit Hieronymum hoc sentire de Petro Alexandrino, cujus natalis dies celebratur septimo kalend. Decembris. Certe cerasa Romæ non proveniunt in mense Novembri; sed mense Junio circa tempus natalis B. Petri Apostoli, quo die missa sant ab Eustochio cum alius unusculus. Hic itaque Martyrem intelligit et Apostolum Petrum, qui Romæ passus est.

EPIST. XXXII. AD MARCELLAM.

Duas Epistolas. Una ex illis duabus Epistolis erat eadem que ad Paulam scribitur de Alphabeto Hebræico, cujus initium est, *Nudus tertius*, etc. Propterea que in multis Codd. Mss. ad Marcellam esse scribitur, ut suo loco observatum est tom. II. Editi nostra. Altera vero Epistola superior est ad Eustochium de Manusculis.

EPIST. XXXIII. AD PAULAM.

Damanatur a Demetrio. Hujus Epistolæ meminit TOM. I.

Hieronymus Libro de Scripturibus Ecclesiasticis in Origene, ubi monet Demetrium Episcopum tanta insaniam debacchatum fuisse Origene, ut per totum mundum super nomine ejus scriberet. Consultat qui voluerit locum, et Eusebii Casariensis Historiam Ecclesiast. Lib. VI. etc.

Urbe Romana. In his verbis ansam calumniandi se invenisse gaudet Rufinus Libro secundo juvenicarum adversus Hieronymum; sed infelici iudicio hæc retorquet contra suum Doctorem, ut videre est infra in Apologia Sancti Augustini adversus criminatorem.

EPIST. XXXIV. AD MARCELLAM.

Acacius dehinc. De eodem in Catalogo Script. Eccles. a Adollescens, inquit, Casarea eruditus est; et ejusdem postea urbis Episcopus, plurimo labore, corruptam Bibliothecam Origensis et Pamphili in membranis instaurare conatus est.

Et PHE. Hic locus indicare videtur Origene Tractatus edidisse in litteris Alphabeti Hebræi. Mss. non Phe, sed Fe constanter legunt.

Ἐν ἑσπερίῳ γένει. Omittunt editi antea libri archicolum ἐν, quem tamen invenit in omnibus Mss. exemplaribus. Consequenter eadem exemplaria legunt *καταβαθόμενος*.

Reprehendere non audeo. Ut probem ne nequam proprio stomacho servire; quin potius cum omni cautione providere ne quempiam lædam, scholia quedam in Hilarii Commentariis super Psalmum 126. veritati minime consona pretermittit, contentus dixisse Actorem hujusmodi scholiorum magno preter hinc, ac novitudo scripti contra Hieronymum, nulla opera falsum deprehendi ex sola contentione hujus Epistolæ cum supradictis Commentariis Sancti Hilarii in Psalmum 126.

Executus est. Aliquot Mss. codices, et alio errore disertus excusatus est.

Sexta ætatis vobis. Ita legit Ms. Regius in aliis omnibus locis ferme corruptus. Cæteri quoque Mss. codices retinent eandem vocem Græcam, quamvis paululum corruptam in litteris, legunt enim pro *ἀνάσσει*, ΕΚΘΝΟΣ, vel ΕΚΘΝΟΣ, vel ΕΚΘΝΟΣ. Porro vox *ἀνάσσει*, significat *autem sive excusatum*; sicut apud Hesychium *ἐκθνήσκει*, dicitur *recens autem*. Hinc intelligas quam falsa sit Annotatio Mariani in hunc præsentem locum, ubi Erasmus reprehendit his verbis: *Sexta ἡλικίᾳ vobis*. Hoc est acti sensus, ut ipsemet exponit, et sic habent omnia manuscripta exemplaria, propterea que non est ut pro ea voce Erasmus ex sua libidine nobis *ἀνάσσει*, id est excusati substituit. Certe si viveret nostro tempore Marianus, audacter eum provocare ad Mss. exemplaria Hieronymi, nullum esse sciens prorsus in quo ἡλικίᾳ vobis legatur, cum universa retineant quod jam observavi.

Cujus librum. His proxima habet sanctus Athanasius Tomo I. Editionis novæ col. 424. Unde falsum deprehenditur scholias Hilarii supra memoratus, qui putabat elegantem hunc sensum ex Hilario de Promptum.

CHAPHACH Editi antehæc libri legunt juxta morem hodiernum *Caphecha*; ut sic a primo ad ul-

mum nullum sit verbum Hebraicum quod non corrumpan in cunctis operibus Sancti Hieronymi.

EPIST. XXXVII. DAMASI.

Excitare disposui. Duo Mss. codices, *excitare debui.*

Et heri tabellario. Hunc locum mutavit Marianus et hoc modo contendit legendum, *quoniam Ethorico tabellario ad me misso.* Quam lectionem genuinam quoque existimavit Hieronimus in Annal. Eccles. ad annum Christi 378. Ubi vir doctus asserit Hieronymum notatum fuisse Jerosolymis, cum ad eum presentem Epistolam scriberet Damasus. Sed ego contrariam sententiam argumentis Chronologicis demonstravi supra in Prolegomenis hujus Tomi secundum.

Noctium operis. Quamplurimi Mss. codd. legunt, *furtivis noctium operibus*; alii duo, *noctium horis.*

Etiam si negasses. Editio Mariani, et Mss. codices non pauci, *quod rogare volueram, si negasses.* *Lactantii dederat libros.* Corrupte pro *Lactantii*, scriptum est *lectantii* in duobus Mss. exemplaribus.

Ejus usque Editi antea libri, et *plurimae Epistolae in eis usque*, etc. Sed omnes Mss. retinent quod hic editum est.

Philosophis disputantibus. Variat in hac voce tam editi quam Mss. libri; plures posuerunt *disputandis*, alii *disputantia*. Sensus exigue videtur *disputantibus*, contra sententiam Mariani.

EPIST. XXXVI. AD DAMASUM.

Interim jam et ego linguam. Editi libri, *Interim tamen et ego linguam.*

Verum quia verbi dianocho. Eadem difficultas quae supra in Epistola Damasi ad Hieronymum, quantum haud satis expendit Marianus Victorius; nam ipse contextus Epistolarum cum antiquioribus exemplaribus Mss. ac melioris notae, legendum docet, *quia hinc Diochano ad me misso.* Sed de his in Prolegomenis nostris abundanter diximus.

Verba sui interpretata. Corruptissimus exstat hic locus in editione Erasiana, quam proinde merito castigat his verbis Marianus: *Vitiatus maxime erat hic locus apud Erasmus; legebat enim ἀποσπέρδισασι, et cibi confestim discussi, id est, ex improvviso et impræmeditate discussi.* Verum præter hoc quod hic deerat quid ab Hieronymo elucubraturum esset, hoc est casus quem ab accusando vocant, et ita verbum non habebat casum qui eum sequeretur, vox et superflua etiam erat. Error natus quod aliquis Graeco peritus interpretatus primo est *κατέχευε ἐπιβόλαια*, hoc tibi confestim discussi; mox codici interpretatio admixta est, et pro *hæc*, subrepsit et, quia Latine verbum Graecum fuerat explicatum. Sic enim error errorem semper gignit, etc.

Tulliano nostro scholæ. Codex manuscriptorum Morbachensis annorum 800, legit absque pronomine. « Tertulliano et Novatiano Latino sermone sunt edita. »

Εὐεργέσιον τόμο. Unus e Colbertinis Mss. Exemplaribus, ad Romanos *Εὐεργετικῶν τόμο.*

Hebraico conferentes sermone. Quinque Mss. cum ipso Hebraico *ligeramus.*

Hebdomas. Imperitia veterum librariorum pro *hebdomas*, id est, *septimas*, substituit *Hebdomadas*. Neque melior est Erasiana lectio *hebdomada*. Graeco *ἑβδομας*, est *septimus*; et, ni fallor, *hebdomas* posuerat Hieronymus, non *hebdomas*, quia *ἑβδομας* numerus est *septenarius*, non *septimus*, ut Hieronymus interpretatur.

Lucem ipsam ferre. Omittitur vox *tremebundus* in multis exemplaribus Mss.

Et furiatae mentis agitata. Quamplurimi Mss. codices, *Et furiatae mentis agitata eum esse intelligit*; vel, *Et furiatae mentis agitata eum esse intelligit*; aut, *agitatum se esse intelligit.*

Mortis finire cruciatu. Similiter hic habent, *compendiosa mortis finire cruciatu.*

Soleat interfector. Duo aut tres *soleat interfector*. Totidem, *absolvat interfectione.*

Enoch genuit Irad. Codex Ms. Morbachensis, *Enoch genuit Gaidad*, juxta vitiosam lectionem Graecorum. Videtur J. Drusii Henoëh, cap. 4.

Ut in quodam Hebraeo. Agnoscat Hieronymus, bis in hac responsione, volumina Hebraeorum apocrypha, quae utram supersunt prorsus ignota.

Sui sceleris dederit. Quinque Mss. codices, *suis sceleribus dederit.*

Cataclysmum perseveraverit. Aliquot exemplaria Mss. *cataclysmum aqua*, etc.

Longevitate morosis. Plures Mss. *longæ vitæ navore conapulis.*

Sacra, in Evangelio positum debitorem. *Sacra, in Evangelio positum debitorem.*

Octo ferme. Non, *decem et octo ferme*; sed, *XVI. ferme*, ponunt quamplures Mss. codices.

Ad Finces. Sex aut septem Mss. hic legunt, *Ad Amram et ad Finces.*

Φερόλην juxta quosdam vocat. Disputant Grammatici atque interpretes Scripturae Sacrae, de voce *φερόλην* sive *φειρόλην*, quae legitur 2. ad Tim. 4. 13. cujus meminit abundanter Eduardus Leigh, in sua Critica sacra, pag. 343. Sed quod Hieronymo proprium, hic tantum proponere debemus. Legitur octo codices Mss. quos ego diligenter et oculis curiosis lustravi, sic legunt verbum antea dictum, *quod Paulus Phenolem*; vel, *quod Paulus Penolonem*, sive *Penolem vocat*; unus Monasterii S. Cypriani, *quod Paulus Penulam vocat.* Falso itaque legit Erasmus et Marianus *αἰόλην* et *φειρόλην*, cum Hieronymus posuerit *φερόλην* Graeco, aut *Phenolem* Latino characterē.

In Sacerdotio Dei. Omnes fere Mss. codices legunt hoc modo, *connumeratus Moysi in Psalterio, ad, etc.* scilicet Psalmo 98. v. 6. « Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus. » Connumeratur quoque Samuel Moysi, Jerem. 15. 1. « Si steterint Moyses et Samuel coram me », etc.

Semper ignorans. Editi libri, et per singulos filios *septem ignorans.* In pluribus Mss. consequenter legitur, *usque ad David nescit.*

Posses occidere. Hoc loco similiter Erasmus et Mar-

rianus, et eum qui postea fratrem, si posset, occideret.

Vox quidem. Aliquot exemplaria Mss. *Vox hæc, vox Jacob est.* Alia, *Vox, vox Jacob est.* *Teneros et bonos.* Editi antea libri sic legunt, *dociles et innocentes animæ significat.* *Stola vel vestimantum Esau*, etc. Omnes autem Mss. codices nostri Vaticani, Gallicani et Germani constanter retinent quod positum. Subauditur ergo *vox sunt, vel significatur*. Hædi naque teneri et boni sensu allegorico dociles animæ sunt et innocentes.

Virtutem resurrectionis. Manuscripta non pauca exemplaria vetustissima et optima nota, *odore perficitur*; *resurrectionis et regni aperta voce pronuntiatio.*

Approperingunt dies passionis patris mei. Omnes Mss. codices ita legunt, *approperingunt*, etc. nullus habet *approperingunt* juxta, mutationem Mariani.

EPIST. XXXVII. AD MARCELLAM.

Rhetici Augustodunensis [Episcopi]. Meminit hujus Rhetici in Catalogo Virorum illustrium, et in Epistola secunda ad Florentium his verbis: « Plurimum quasso ut tibi hæc Rhetici Augustodunensis Episcopi Commentarios ad scribendum largiatur, in quibus Canticum Canticorum sublimiori sensu ille disseruit.

Ὠνάσιον esse vocabulum. Erasmus, *homonymum esse vocabulum*: *Ὠνάσιον* porro idem est quod *αὐθόνοια*, cum eadem vox diversas res significat, ut *Tharsis* nomen hic positum significat Indis regionem, lapidem pretiosum et ipsum mare.

TAU littera commutata. Diversa sunt hujus loci editiones; Erasiana sic legit, *Licet Josephus* et pro *g littera mutata Graecos* putat *Tarsum appellare* pro *Tharsis*, Marianus aliter, *Licet Josephus, pro littera mutata, Graecos* putat, etc. Ipse autem Josephus Antiqu. lib. 4. cap. 7. de eodem vocabulo hæc habet; *καὶ τὰς πρὸς τὴν ἀστυν ἀνεῖ τοὺς θῆτας μεταβαλλόντων*, id est, *commutat Tau pro Theta ad vocationem.* Quæ haud dubie genuinam ostendunt lectionem quam restitimus ad fidem exemplarium Mss.

Cothurno fuens. Altum dicendi genus, cothurnus dicitur, et usurpabatur apud Tragædos: unde et Virgilianum istud Elog. 8. *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.* Hieronymus in Epistola ad Florentium videtur favere huic expositioni, dicit enim Canticum Canticorum sublimiori sensu edisseritum fuisse a Rhetico Augustodunensi.

Ut nemo posset. Chuniacensis codex addit, *de posteris.*

EPIST. XXXVIII. AD EAMDEM.

Inscribitur hæc Epistola in Mss. Libris, *de Conversione Blesilla.* Quod quidem recte dicitur, cum in hac Epistola et de agrotatione Blesilla, et de ejusdem conversione scripserit Hieronymus.

Que denique. Hunc locum antea restitimus in Commentariis ejusdem S. Hieronymi cap. 2. Epist. ad Titum, ubi ita legendum diximus: « Licet sint plurime quæ nec canos suos erubescunt, et ante gregem nepotum tremantes, ut virguncule compo-

nantur. » Hic si addatur particula *ut*, sensus erit liquidus, id est, licet ante gregem nepotum sint tremantes vetula, tamen comuntur et polluntur quasi virguncule. Sine tali particula phrasit id præse proposita, *tremantes virguncule*; quasi diceret, pro sanctitate tremantes sunt virguncule quas imitantur.

EPIST. XXXIX. AD PAULAM.

Seminibus lectulam. In aliis Codicibus Mss. legimus eodem sensu, *seminiamem in lectulo vallare*, etc.

Secura esto. Hoc modo legit Codex Chuniacensis optime nota. Ceteri cum editis Libris omittunt *sciens*, etc. usque ad *confidimus*. Nonnulli etiam legunt, *confidimus, vera probantes que dicimus*; nunquam est sera conversio.

EPIST. XL. AD MARCELLAM.

Miror Erasmus, et Marianum presentem, cur mutare voluerint titulum et inscriptionem hujus Epistolæ; inscribitur enim in omnibus Mss. Codicibus, id est, in viginti vel amplius, quos vidi, non *Bonaso*; sed *Marcella* in hunc modum: *Hieronymus ad Marcellam de Onaso.* Vel alio modo: *Invitatio de Onaso ad Marcellam*; aut quid simile. Deinde falso mutantur nomen *Onasi* in *Bonasio*, cum nullum sit exemplar Ms. in quo non legamus de *Onaso* et *Onasus Segestanus* in contextu Epistolæ. Fausto vero vocabatur nomine *Onasus*, id est, *Onasimus*, vel *Onasimus*; quod *utilis* et *decorus* sive *respondens* intelligitur in libro Nominum Hebraicorum; non a Naso. *Bonasio*, ut ridicule existimant antiqui editores, qui non attendunt hominem fausto nomine vocatum, cachinno fuisse vexatum ab Hieronymo, propter eorum nasum vel fœditatem ejusdem nasi, *Nasus non videtur in facie*, etc.

Onasus Segestanus. Ita legimus in omnibus Mss. Exemplaribus, neque puto aliquod vidisse Marianum Victorium in quo *Bonasio* scriberetur. Erat porro *Onasus* ex *Egesta* sive *Segesta* urbe Sicilia, ubi emporium est *Egestanum* sive *Segestanum*.

Quia fausto vocaris nomine. Jam dixi superius faustum illud nomen fuisse *Onasus* quod [diminutum et abbreviatum] in *Onasimus* sive *Onasimus*, quod nomen *decorum* significat in Libro Nominum Hebraicorum.

Optent te generum. Codices Mss. *Formosum te optent generum Rex et Regina, Puella*, etc.

EPIST. XII. AD EAMDEM.

Toto nobis orbe congruo. Nolo incusare Erasmus alicujus doli in hac depravatione contextus Hieronymiani; sed via possum non redarguere Marianum Victorium, qui Erasmus hoc loco castigare nescivit, veterum Codicum auctoritate ac consensu subnixus; legunt enim, *toto nobis orbe congruo*, et non *toto anno, tempore nobis congruo*. Ergo nobis universus orbis congruebat in observatione Quadragesimæ.

Et senavirum. Abscisum vocat et senivirum; quia Montanus erat ex Phrygia, ubi Cybelis sacerdos castrati solebant.

EPIST. XLIII. AD EAMDEM.

Ligna non coemant. Non necesse erat ligna coemere ad arcendum frigus, quia sylvæ prope Bithleem abunde ligna suppedilabat; et, si emenda fuisset, viliori pretio poterat comparari.

In terra. Vale. Quæ sequuntur in editis libris, non exstant in Mss. codd. et ab imperitis scriptoribus ex præcedenti Epistola Paulæ et Eustochii huc quoque translata non dubie est.

EPIST. XLVI. PAULÆ ET EUST. AD EAMDEM. *Certe si etiam.* Cicero in Verrem in Divinat. Si optimis a pueritia disciplinis atque artibus studuisses, et in his elaborasses, si litteras Græcæ Athenis, non Lilybæi; Latinas Romæ, non in Sicilia didicisses.

EPIST. XLVIII. AD PAMMACHIUM.

In quamplurimis Mss. exemplaribus alius est titulus hujus Apologiae, nempe: *Incipit Liber Apologeticus ad Pammachium*; vel, *Epistola S. Hieronymi Apologetica ad Pammachium*. Hieronymus autem, Prefatione Commentariorum in Jonam, vocat *Apologeticum*; et Prefatione Lib. I. in Jeremiam, appellat *Apologetiam*. Legat ejusdem Operis Apologiam quam ante annos plurimos adversum magistrum ejus gaudens Roma suscepit, et tunc animadvertet, etc.

Tullius tuus. M. Antonius apud Ciceronem, *de Oratore lib. 1.* et pro *A. Cluentio*. Consequenter legunt editi ac plures Mss. Codices, *primam causam esse victoriam*, etc.

Roma audire non potuit. Sic legunt antiquiores Mss. Codices: alii cum editis addunt nomen *Victorini*, et *Victorini Martyris*, sed falso.

Sicut coheredes. Hunc locum prætextu Vulgatæ Latine depravat Marianus, legit enim contra consensum omnium Mss. codicum, *sicut dispensationis*, etc.

Legimus, eruditissime vir. Codex unus Ms. legit in singulari, *Legimus, eruditissime vir*, etc., quasi Pammachium solum Hieronymus alloquatur; sed que sequuntur huius sensui repugnant, *Legite Tullium*, etc.

Problematis diaboli. Plures Mss. Codices legunt hoc modo: *Considerate quibus argumentis et quam lubricis problemata diaboli spiritu contexta subvertant.* Consequenter editi libri sic mutant contextum Hieronymi: *Sed quod necesse est dicant adversus ea que dicunt gentiles.* Nos vero retinemus quod legitur in octo Exemplaribus manuscriptorum.

Quorum Cyprianum. Nulla fide hoc pro Cypriano Hilarium obtrudunt Erasmi et Mariani Editiones, cum omnes Mss. Codices nullo excepto veram ac genuinam retinent lectionem, *Quorum Cyprianus de septenario*, etc. Errorem Mariani habes confutata Prefatione in Opera S. Hilarii Pictaviensis, edita nuper a Domino nostro Petro Constant.

EPIST. XLIX. AD PAMMACHIUM.

Προσεφώνησα. Contextum alium confingunt Erasmi et Mariani, legentes verba que in nullo reperitur Exemplari manuscripto: « Apologeticum ip-

sius operis tibi misi et quem προσφώνησα, et te poscente edidi. Quæ, » etc.

Inter veritatem. De solo libro Job in veteri Translatione mutilo ac vitiatu hæc dicit Hieronymus; non de cæteris libris veteris Testamenti, ut imperitie notat Erasmus, qui scitaret erroribus in notis ad hanc Epistolam Hieronymi.

EPIST. L. AD DOMNIONEM.

Monachum rimigerulum. Rufinus non est iste Monachus, neque ille seipsam prodit, ut multi putant ex libro secundo Invektivarum adversus Hieronymum, ubi legitur. « Cum libellos ejus, quos ad versus Jovinianum scripsit, reprehendissem; eundem Domnioni beate memorie seni, qui sibi hoc ipsum indicaverat, ipse respondens excusatus, et dicit nullo genere potuisse fieri se errasse, hominem qui omnium haberet scientiam. Cum ergo enumerasset vel syllogismorum genera, vel dicendi ac scribendi artes, quas videlicet ille qui eum reprehenderat ignoraret, continuo subiungit hoc: *Stultus, inquit, qui me putaverim hoc absque philosophis scire non posse.* » etc. Non legas cum imperitis libraribus *reprehendissem* in prima persona; sed in tertia, *reprehendisset quidam, Domnioni beate memorie, etc.* De alio enim, non de seipso loquitur Rufinus, ut ex verbis consequentibus manifestum est.

Απόλογιστος. Erasmus post vocem *sylogismos* legebat in suo exemplari manuscripto *ομοιοσιτός*; notavit propterea in scholiis suis, forte legendum *sylogismos* *ομοιοσιτός* nequere, id est, *cornutus*. Marianus vero dicit se reperisse in quibusdam Mss. Exemplaribus *εωφροσύνας*, id est *sylogismos indissolubiles*. Ne cuiquam detrahamus, sufficit lectorem monuisse nullum apud nos inveniri Exemplar Ms. ubi hæc vox *εωφροσύνας* legatur. In manuscripto quidem sancti Cypriani codice Latinis litteris legitur, *sylogismos usiamisiois tacere*; et in aliis multis Græcæ vocem, sed cujus vestigia nihil remanentia de *εωφροσύνας*, Mariani. Tandem nactus sum codicem manuscriptum Cluniacensem in quo genuina retinetur lectio, *sylogismos απολογιστος, sylogismos non concludentes*. Vide Synopsium epistol. 154.

Καί ἀποβιβάζω. Hoc loco perperam edita est vox Græca *ἀποβιβάζω*, que in nullo apparere Exemplari manuscripto.

Religionem nostram pugnam facere. Codex S. Theoderici prope Rhemos, *Et religio nostra pugnam facere*. Editi, *et religionem nostram pugnam facere*.

Απόλογιστον. Græcæ vocem retinent antiquiora Exemplaria. Cluniacensem presertim et aliud Monasterii S. Theoderici. Codex unus Sorbonicus legit Latine solum interpretationem, *cui ego responsum dedi ut potui*. Quod Erasmus et Marianus sequuntur: unde conjicio eos recentioribus usque fuisse manuscriptorum Exemplaribus, et quidem perpaucis, ad certe ea negligentibus contulisse cum prioribus editionibus Epistolularum Hieronymi. Utique qui restitutas a nobis in hæc tantum Epistola voces Græcæ perlegerit, animadvertet quantum distet inter veritatem et mendaciam, inter diligentem ac præpreperam vel neglectam editionem.

ἴνατι; οὐ συγγράξει. Erasmus haud mediocriter suadavit in restitutione hujus loci; quem ita sibi concinnavit e certissimis litterarum vestigiis: *ἴνατι; συγγράξει; πελάμης Αττίλοῦ ἰδικε*. At si habuisset copiam Mss. codicum, facile factu fuisset invenire quod quaerebat; nam recentiores Latine retinent lectionem ejus. Talis est Sorbonicus qui legit: *Omnes conscriptores pellamus Attilio iudice*. Verum corrupta ac vitiatu lectio hæc est; retinendamque prorsus illa nobis videtur, quam ex consensu veterum Mss. codicum restituimus. Omnes enim legunt, *ἴνατι; οὐ συγγράξει*; variant autem in ultimis verbis, alii legentes *appellamus, pro appellamur, et a tali iudice, pro Attilio iudice*. Cluniacensis codex melior ac vetustior retinet *appellamur*, et prima manu habuit *Atatu iudice*, nunc vero *A tali iudice*. Hæc omnia docuerunt genuinam lectionem Hieronymi, *ἴνατι; οὐ συγγράξει*; appellamur Attilio iudice; id est, si in omnes Scriptores censoriam accepit virgulam Monachus iste reprehensor Librorum in Jovinianum, omnes nos non mererem appellari Scriptores, novo isto Attilio censore et iudice; quia, ut infra dicitur, nullus est in terris qui ejus eloquentiæ non disliceat.

Ἐπιτοκίς vel Phormionici vocentur. Gnathon insignis adulator fuit, Phorion impudens parasitus. His discipulis dignus erat censor Monachus, garricus pro domos et medicorum tabernaculis.

Paratorum semper ad lites. Hic deesse videtur verbum aliquod in manuscriptis; legunt enim omnes excepto Sorbonico, *scurrarum est et paratorum semper ad lites*. Sorbonicus codex sensum retinet perfectum, *scurrarum est, et paratorum semper ad lites*. San-Cyriani codex et contrario super *paratorum* addit eadem litteras, et *ἔ*, ut legatur *parastitorum*. In tanta varietate lectionum retinemus *paratorum semper ad lites*. Quia hæc est natura *scurrarum*, non *parastitorum*, quorum sæpius interest non diligere.

EPIST. LII. AD NEPOTIANUM.

Nepotiane charissime. Duo ex viginti Mss. Codicibus quos habui ad collationem hujus Epistolæ, sic legunt: « Petis, Nepotiane charissime, litteris transmarinis, et crebro a me petis, ut tibi in brevi volumine, » etc.

Vel Atellanarum ludicra. Atella, Campaniæ oppidum, a quo ludi Atellani. Fuit enim in illo amphitheatrum egregium. Steph. Idem legitur in aliquot Mss. Codicibus ad marginem; in uno Exemplari Bibliothecæ Colbertinæ, num. 28. 7. et in altero Collegii Navarrici, ita scriptum reperi: *Atella est oppidum Campaniæ, ex quo Atellani dicunt, vel inde Atellani*. Atellana autem genus est Comædiæ obscenioris et lascivioris; ab Atella civitate Oscorum sic vocatum, ut testis est Livius libro septimo. Idem S. Hieronymus infra ad Sabulinam: « Repertum est factum, quod mirum fingere, nec securum ludere, nec Atellanis posset effari, »

Chamænicæ, etc. Chamænicæ dicuntur *humæ cubationes*: quam Græcæ vocem alibi etiam retinet Hieronymus, quæ Latine haud satis commode potest exprimi. *Χαμῆ* autem intelligitur *humæ, εὐνά, cu-*

bile. Inde *χαμῆνῶν*, cum quis in nuda humo cubat.

Non proderunt eis. Editi post verba *proderunt eis*, retinent additamentum sequens: « Nonnulli enim sunt ditiores Monachi quam fuerant secularis; et Clerici, qui possident opes sub Christo paupere, quas sub locupletate et fallacia diaboli non habuerunt: ut suscipit eos Ecclesia divites, quos mundus tenuit ante mendicos. » Nihil simile legitur in Mss. Codicibus viginti, nisi tantum in Ms. veteri codice Colbertinæ Bibliothecæ, num. 635, qui habet additamentum, non intra contextum, sed in margine inferiori nec prima manu: unde potuit in recentiora exemplaria, et inde in editos libros derivari. Desumptum est autem ex Epistola consequenti.

Attrita frons. Hic quoque addunt nonnulla, legentes, *attrita frons, cui nundina, fora placent, etc. Inopie providere.* Duodecim vel quindecim Mss. Codices legunt cum Erasmo, *pauperum operibus providere*.

Illud Domitii. Nomen *Domitii* retinent omnes Mss. Codices: illud tamen L. Crasso tribunt Hieronymus. Valer. Maxim. et Fabius lib. 6. cap. 3. *Illud Crasso: Ego te Consulem putem, cum tu me non putes esse Senatorem?* De Domitio vide Eusebium in Chroniciis, anno Domini XLVI, et Fabium lib. 12. cap. 11. *Quinto Gallo.* Pro *Gallo* quidam Mss. legunt *Gallo*; sed vetustiores retinent *Gallium*.

Quanto melius erat. Hujus contextus ordo est omnino posterus in omnibus fere Codicibus Mss. nam in illis legitur: « Et conscientia repugnante, pharisaica ambitione circumdari. Inde pendet Evangelium, inde Crux et Propheta. Fidelis mecum Lector intelligit quid taceam, et quid magis tacendo loquar. Tot regule, quot species gloriarum. Quanto melius erat hæc, non in corpore, sed in corde gestare; Dominum habere fautorem, non aspectus hominum. Vis scire. »

Inde Crux et Propheta. In editis libris Erasmi et Mariani, *inde Lex et Propheta*; sed falso, nam omnes Mss. nostri, id est plus viginti retinent vocem *Crux*. Quod verbum sensu hujus loci congruit, nihil quæstio est de Evangelio sive Apostolica doctrina, ut ipse Hieronymus interpretatur. Deinde in fimbriis et phylacteris Sacerdotum potuit imago Crucis Dominicæ representari; quare legendum optimo sensu: *Inde pendet Evangelium; inde Crux et Propheta; sive sacra Apostolica doctrina*, que tota est de Cruce Domini.

EPIST. LIII. AD PAULINUM.

Famosissimum Solis mensam. De famosissimo mensæ solis, Herod. lib. 3. *Thalia* dicto. Val. Max. lib. 4. c. 1. *Johann. Salsbur.* in Epist. ad Henricum Comitem; *Rodigium*. lib. 29. cap. 4.

Tamen ἔτ' ἐργάται. Græca hæc retinet Mss. Codices, editi legunt, *tamen virtute totus est*.

Ad Timotheum scribit. Mss. fere omnes Codd. legunt sine præpositione ad, hoc modo: *Timotheum scribit*, etc.

Τὸ δόγμα, τὴν μέθεοον Latina sunt Græcis permixta in multis Codd. Mss. *scinditur in doctrinam τὸ δόγμα, in rationem et usum.*